

BIBLIOTHECA  
HISTORICA ITALICA

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBUS  
RERVM LANGOBARDICARVM


MEDII AC RECENTIORIS ÆVI

SERIES ALTERA  
VOLUMEN TERTIVM

GLI ATTI PRIVATI MILANESI E COMASCHI  
DEL SEC. XI

A CURA DI G. VITTANI E C. MANARESI

Vol. I (a. 1001-1025)



MEDIOLANI  
PROSTAT  
APVD VLTRICVM HOEPLIVM  
BIBLIOPOLAN  
MDCCCCXXXIII - XI

GLI ATTI PRIVATI  
MILANESI E COMASCHI

DEL SEC. XI


A CURA

DI G. VITTANI E C. MANARESI

VOL. I  
(a. 1001-1025)



ULRICO HOEPLI  
EDITORE-LIBRAIO DELLA REAL CASA  
MILANO  
MDCCCCXXXIII - XI



428  
438

ticas iugialis decem; est ei da sera de heredes quondam Atoni, da mane meo quod mihi re/servo. Tercia vinea dicitur a Pubblica; est per mensura perticas iugialis duas, da una parte meo quod mihi reservo, da alia via. / Primo campo dicitur ad Solto; est per mensura iusta perticas iugialis quadraginta et 25 sex; est ei da mane accessio, da sera et montes sancti Ambrosii. Secundo campo dicitur a Pradelle; est perticas iugialis tredecim; est ei da mane sancti Ambrosii, da montes via, da sera sancte / Marie. Tercio campo dicitur in Braida; est perticas iugialis sex; da mane et montes sancti Ambrosii. Que autem 30 casis et [rebus superius] / dictis, cum superioribus et inferioribus, seu cum finibus et accessionibus suorum, sicut superius legitur, in integrum ab ac die tibi qui supra Nazarii / presbitero superscripto argento vendo, trado et mancipo, et facias exinde a presenti die tu et cui tu dederis vel abere statueris 35 vestrisque / heredibus iure proprietario nomine quicquid volueritis sine omni mea et heredum meorum contradictione. Quidem et spondeo adque promitto me ego qui supra / Vuarimberty una cum meos heredes tibi cui supra Nazarii presbitero et cui tu dederis vel abere statueris vestrisque heredibus superscriptis casis et rebus, qualiter mensura legitur, 40 in integrum ab omni omine defensare. Quit si defendere non potuerimus, aut si contra ac cartula agere aut causare presumerimus, in du/blum vobis predictis casis et rebus restituamus sicut pro tempore melioratis fuerint aut valuerint sub estimatione in eodem loco. Quia sic / inter nobis convenit. Unde duo cartule vindicionis uno timore scripte sunt. Actum superscripta civitate Mediolanum.

Signum † manus superscripto Vuarimberty qui ac cartula vindicionis ut supra fieri rogavi et ei relecta est. 50  
(S) Vuarimberty rogatus subscripsi. (S) Arnulfus notarius rogatus subscripsi.

(S) Andreas qui et Rozo rogatus subscripsi.

Signum † manus Erlimbaldi de loco Vualedeo<sup>(2)</sup>, teste.

(SN) Arioaldus notarius scripsi, postradita compleviet dedi<sup>(2)</sup>. 55

(2) di A.

(2) Varedo. Esisteva presso Masnago un castello di egual nome cfr. doc. n. 74).

26.

1007 giugno, Varese.

Lariano detto anche Dodo del fu Domenico del luogo di Biumo e Domenica del fu Giovanni del luogo di Masnago sua moglie, di legge Longobarda, vendono a Giovanni del fu Giovanni del detto luogo di Biumo un sedime nel medesimo luogo e fondo.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo Diplomatico*, n. 376, proveniente dal monastero di s. Maria del Monte sopra Varese (A).

Reg.: C. MANARESI, *Regesto di s. Maria del Monte di Velate*, p. 13, n. 15.

(S N) In Christi nomine. Enricus gracia Dei rex, anno rengui / eius ic in Italia Deo propicio quarto, mense iunius, indicione / quinta. Constad nos Larianus qui et Dodo filius quondam Dominiconi / de loco Bemio<sup>(1)</sup> et Dominica filia quondam Ioannih de loco Ma/sennaco<sup>(2)</sup> iugalibus, qui profesi summus 5 nos iugalibus ambo<sup>(3)</sup> ex nacione / nostra lege vivere Longobardorum, ipso namque iugale et mu/ndoaldo<sup>(4)</sup> meo mihi consenciente et subter confirmantes et iu/sta lege una cum noticia et interrogacione de propinquieribus pa/rentibus meis 10 cui supra femine eorum nomina subter leguntur, in eorum / presencia vel testium certa facio professione et manifestaci/one quod nullam me pati violenciam ad quempiam ominem nec a/b eundem iugalem meum nixi mea bona espontanea pervenui/t voluntatem, sed accepisemus nos ipsis Larianus<sup>(5)</sup> et 15 Dominic/a iugalibus comuniter, sicuti et in presencia testium manifesti / summus nos pariter insimul quia accepimus, ad te Ioannes filius / quondam item Ioanni de loco Bemio arigentum denarios bonos solidos / viginti<sup>(6)</sup> et uno, finitum precium, sicut inter nobis convenid, pro un/a pecia de terra 20 sedimen cum aliquantum de muro super se ab/ente iuris nostris, quam abere vixi sumus in superscripto loco et fundo

(5) In sopratinea. (6) m/ndoaldo A. (7) Il secondo a corretto su e. (8) viginti A.

(1) Biumo.

(2) Masnago.

Bemmio, / loco ubi dicitur ad Egodera; coerid ei da mane et montes <sup>(4)</sup> Ioanni, da meridie / via, da sera tuo suprascripto emtori; et est ipso sedimen per mensura iusta / tabulas legiptimas decem et octo et dimidia. Quod autem suprascripto sedimen, / qualiter superius legitur, cum finibus, arboribus et accessionibus suarum, in integrum / ab ac die tibi suprascripto Ioanni emtori meo et cui tu dederis vestrisque / erhedibus pro suprascripto precium vindimus, tradimus, mancipamus <sup>(5)</sup> adque confir/mavimus potestatem iure proprietario nomine <sup>30</sup> abendum et faciend/um <sup>(6)</sup> exinde de suprascripto sedimen omnia quicquid volueritis sine omni / nostra et erhedum nostrorum contradicione. Quidem espondimus adque promittimus nos quibus supra iugalibus et venditoris una cum nostris erhedes / tibi suprascripto Ioanni emtori meo et cui tu dederis <sup>35</sup> vestrisque erhedibus / suprascripta vendita, qualiter superius legitur venundavid, in integrum vo/bis ab omni omine promittimus defensare, et si defendere non / potuerimus, vel si contra an(c) cartulam vindicionis per covix genium age/re aut causare quesierimus, tunc in dublum vobis suprascriptis rebus <sup>40</sup> re/stituere promittimus melioratis qualiter in tempore fuerint aut valuerint sub estimacione in eodem loco. Quia si/c inter nobis convenid. Actum loco Varese.

Signum † † manibus suprascriptorum Lariani et Dominicani iugalibus, qui a(c) ca/rtula vindicionis fieri rogaverunt, <sup>45</sup> et suprascripto precium acceperunt, et ipso / Larianus iugale eidem Dominicani conius mea, qui ei in omnibus / ut supra consensi, et eorum relecta est. Signum † † manibus Iohanni / filio quondam item Ioanni de loco suprascripto Masennaco germano eid/em Dominicani et Dominiconi filio quondam <sup>50</sup> Sihfredi et Iohannis / filio quondam Leoni, isti de loco Bemmio, parentes eidem Domi/nicani, qui ea interrogaverunt et inquisierunt, et in a(c) cartula / vindicionis manus posuerunt, ut supra. Signum † † manibus Gise/Iberti de Castro Seprio et Adammi seu Gaudencioni, / isti de loco Bemmio, testes. <sup>55</sup>

(S N) Nitardus notarius et iudex scripsi, pos(t) tradita complevi et dedi.

<sup>(4)</sup> et manca in A, montes in *sopralinea*. <sup>(5)</sup> Sul secondo a *noti* in *terlinea* fu scritto ci. <sup>(6)</sup> faciend/um A.

27.

1007 agosto, Milano.

Breve della divisione dei beni di Bolgiano fatta tra Ingo figlio di Ingeframo di buona memoria, che fu del luogo di Triulzo, Arduino e Adelgiso fratelli, figli del fu Zenone, Pietro, Andrea, Ilderado, Gandolfo, Aupaldo, fratelli, figli di Pietro di buona memoria, che fu monetario, Tado nipote d'essi fratelli e figlio del fu Giovanni, Aupaldo del fu Adamo detto anche Azo, nonchè Romano, Lanfranco e Liutprando fratelli, figli di Andrea di buona memoria, abitanti nella città di Milano.

Originale in archivio del capitolo di s. Ambrogio di Milano, *Pergamene del sec. XI*, parte I, n. 4 (A).

(S N) In nomine Domini. Breve divisionis firmitatis et securitatis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam qualiter dividerunt inter se, id sunt Ingo filius bone memorie Ingefra/mi, qui fuit de loco Treburcio <sup>(1)</sup>, et Arduinus seu Adeldreas, Ilderadus, Gandulfus, Aupaldus germanis filii bone memorie item Petri, qui fuit / monetario <sup>(2)</sup>, seu Tado nepoto eorum germanis et filius quondam Iohanni adque Aupaldus filius quondam Adammi qui et Azo, nec non et Romanus, <sup>10</sup> Lanfrancus, Liutprandus germanis filii bone memorie Andrei, abiatoribus / civitate Mediolanium, id sunt rebus territoris illis iuris suorum que reiacent in loco et fundo Bollegiano <sup>(3)</sup>. In primis dividerunt runco uno iusta fluvio Lambro in mane et sera in sortes quinque. Sorte / da meridie cum incisa perticas iugialis <sup>15</sup> octo et dimidiam tullit suprascripto Ingo; secunda sorte similiter perticas iugialis octo et dimidia, da mane Lambro, tullit suprascripto Aupaldus; tertia vero sorte iusta se, similiter perticas iugialis / octo et dimidia, da mane et montes Lambro, tullerunt suprascriptis Romanus, Lanfrancus, Liutprandus germanis; quarta sorte, quod est da mane Lambro, <sup>20</sup>

<sup>(4)</sup> monerio A.

<sup>(1)</sup> Triulzo, frazione di San Donato Milanese.

<sup>(2)</sup> Bolgiano, frazione di San Donato Milanese.

Signum † † † manibus Aldomi et Boniprandi, pater et filio, seu Arnulfi, de eodem loco Modicia, testes.  
(S N) Liuprandus notarius et iudex domni regis scripsi, postradita complevi et dedi.

58.

1013 febbraio, Galliate.

Sigefredo del fu Teupaldo detto anche Teuzo del luogo di Galliate, di legge Longobarda, dona alla basilica di s. Maria del Monte di Velate un campo situato nel luogo e fondo di Daverio.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 409, proveniente dal monastero di s. Maria del Monte sopra Varese (A).

Reg.: C. MANARESI, *Regesto di s. Maria del Monte di Velate*, p. 14, n. 17.

(S N) In Christi nomine. Enricus gracia Dei res, anno regni eius Deo propicio nono, mense februaris, indicione undecima. Basilica sancti Marii, que / est fundata in loco Monte Vellate ego Sigefredus filius quondam Teupaldi qui et Teuzo de loco Galliate<sup>(1)</sup>, qui profeso sum ex / natione mea lege vivere 5 Langobardorum, presens presentibus dixi: Quisquis in sanctis ac in venerabilis locis et suis aliquid contulerit rebus / iusta Auctoris vocem in oc seculo centubulum accipiat, insuper et quod melius est vitam possidebit eternam. Ideoque ego qui supra / Sigefredus eo timore sicut hic legitur pro mercedem et 10 remedium anime mee a presenti die dono et ofero in eadem basilica / sancti Marii, id est campo pecia una iuris mei, quod abere viso sum in loco et fundo Daverio, ad locus ubi dicitur in Colea; est ei da / mane et montes via, da meridie \*\*\*\*\*; et est campum ipsum per mensura iusta tabulas septuainta 15 et due. / Que autem suprascripto campo, una cum accensione et ingresso, seu cum superioribus et inferioribus suis in intergrum, ea videlicet ordine, ut faciant par/s predictae basilice sancti Marii a presenti die iure proprietario nomine quicquit voluerint aut previderint sine omni mea / qui supra Sigefredi 20

(1) Galliate.

et heredum meorum contradictione pro anime mee mercede. Quidem et spondeo adque promito me ego qui supra / Sigefredus<sup>(a)</sup> una cum meos heredes partis predictae baxilice sancte Marie suprascripto campo, qualiter superius legitur, in intergrum ab omni / omine defendere; et si defendere non poterimus, aut si pars predictae baxilice aliquid per quodvis ingenium sub/traere quesierimus, tunc in dubium suprascripto campo, qualiter superius legitur, partis predictae baxilice sancte Marie res/tituamus sicut pro tempore meliorato fuerint aut valuerint sub extimacione in consimile loco. Hanc enim cartulam ofer/sionis me painam Arioaldus notarius sacri palatii tradidit et scribere rogavit et testibusque obtulit robo/random. Actum suprascripto loco Galliate, feliciter.

Signum † manum suprascripto Sigefredi, qui a(c) cartula ofersionis fieri rogavit, et ei relecta est.

Signum † † † manibus Alterammi et Rihardi seu Carloni, istis testes.

(S N) Ego Arioaldus notarius sacri palatii, per data licencia Vuifredi comes comitatu<sup>(b)</sup> Sepriense, scripsi, post tradita comitatu plevi et dedi.

59.

1013 febbraio, Milano.

Ambrogio prete dell'ordine dei decumani della chiesa Milanese, ufficiale della basilica di s. Ambrogio al Corpo e figlio del fu Pietro del luogo di « Callenno », che visse a legge Longobarda, dona ad Arnaldo detto anche Bezo e a sua moglie Rairudra detta anche Megenza della città di Milano tre campi, due dei quali non molto lontani dalla stessa città, ed uno nel luogo e fondo di Ponteseo, che egli aveva acquistati da Deodada detta anche Alda e da suo marito Giovanni detto anche Zeno, della medesima città.

Originale in Bibl. Ambrosiana, *Pergamena*, n. 1353 (A).

(S N) In Christi nomine. Heinricus gracia Dei rex, anno regni eius octavo, mense februaris, indicione decima. / Ego

(a) Sigefredus A. (b) comitatu A.

luogo detto « Quadrubio », una vigna nel vico e fondo di Novate.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 418, proveniente dal monastero di s. Margherita di Milano (A). Copia della fine del sec. XVIII in Bibl. Ambrosiana, G. C. *Della Croce, Codex Diplomaticus Mediolani*, D. S. IV. 3 (L. 3 sussidio), vol. 2, c. 63.

(S N) In Cristi nomine. Henricus gracia Dei imperator augustus, anno inperii eius secundo<sup>(a)</sup>, kalendas marcias, indictione tercia/[d]jecima. Monesterio sancte Dei genetricis Marie, qui nupatur Gisonis, qui est constructum intra ac civitate / Mediolanium, prope locus ubi Quadrubio dicitur, ubi nunc domna 5 Adelberga habbatissa esse videtur, ego in D[ei] / nomine Garivertus filius quondam Pauloni de vico Novate, qui profeso sum lege vivere Langobardorum, dator et ofer/[tor] in eodem monesterio sancte Marie, presens presentibus dixi: Quisquis in sanctis ac venerabilibus locis ex suis aliquit contul/[erit] 10 rebus centuplum accipiet et insuper, quod melius est, vitam possidebit eternam. Et ideo ego / qui supra Garivertus do et ofero a presenti die et ora in eodem monesterio, id est vinea cum area in qua ex/tat petia una iuris mei quibus abere viso sum in suprascripto vico et fundo Novate, a locus qui dicitur 15 Viniali, / ubi coeret da mane via, da meride Petri monetarii, da sera Natali, da mons accessione / comuna, qui pergit in parte mane usque in via publica, et est area ex ipsa vinea infra / suprascriptas coerecias per mensura iusta cum predicta ac- 20 cessione insimul tabulas legitimas treginta. Que autem supra- scripta vinea cum area in qua extat superius dicta, cum superiore et inferiore, seu / cum fine et accessione sua usque in via publica, sicut superius legitur in integrum, eo tamen hordine iam dic/ta vinea cum area eius in eodem monesterio a presenti die et ora dare et offerre vi/deor, ut fatiat habbatissa illa qui 25 nunc et pro tempore in predicto monesterio preordinata / fuerit perpetuis temporibus ad eorum usum, sumtum et benedictionem de fruges et census / quibus ex predicta vinea et area eius annue Dominus dederit usufructuario nomine / quic- 30 quit eorum utilitas fuerit pro mercedem et remedium anime

(a) *Sic rasura.*

meo. Quia sic / decrevit mea bona voluntas, Actum supra- scripta civitate Mediolanium.

Signum † manus suprascripto Gariverti, qui ac cartula ofersionis ut supra fieri rogavit.

(S) Ardengus iudex sacri palatii rogatus subscripsi.

35 Signum † † manibus Martini et Deusdedit de suprascripta civitate, testis.

(S N) Ego Hilderadus notarius sacri palatii scripsi, post tradita complevi et dedi.

72.

1015 maggio, Milano

Petriberto e Lanzo fratelli, figli minorenni del fu Richerio della città di Milano, ed Enza loro madre, ottenuta prima licenza da Anastasio detto anche Amizo del fu Erlembaldo, messo di Enrico imperatore, vendono a Magno detto anche Amizo del fu Pietro della detta città un prato e un gerbo nelle vicinanze di San Siro alla Vepra.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 421, proveniente dal monastero di s. Ambrogio di Milano, T. 3, c. 1, n. 19 (A). Copia del 1727, ivi, *Exemplaria*, I, p. 334. Copia del principio del sec. XIX, in Bibl. Braidense, *Mss. Bonomi*, A. E. XV. 18, p. 376, n. 104.

Il diploma di Enrico, da riferirsi all'a. 1014, il cui testo fu inserito anche nell'atto n. 73, fu edito da G. GRULINI, *Memorie di Milano*, III, 118; 211, 86 = H. PABST, *Hirsch Jahrbücher*, II, 440, n. 2, incompiutamente = J. FICKER, *Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens*, IV, 66, n. 44, da (FUMAGALLI), *Delle antichità longobarde milanesi*, I, 248 e nei *Mon. Germ. Hist., Diplomata Heinrici II*, 308.

Reg.: STUMPF, *Die Kaiserurkunden*, n. 1831.

Amizo era messo di re Enrico già nel dicembre del 1009; cfr. doc. n. 39.

(S N) In Christi nomine. Henricus Dei gracia imperator augustus, anno imperii eius secundo, mense magio, indictione / terciadecima. Dum venissent Petribertus et Lanzus infantiuli germanis filii quondam Rickerii de civitate Mediolanium / una cum Lanfrancus barbane et tutore suo ad Anestastius qui et Amizo

filius quondam Herlembaldi de suprascripta civitate et missus  
 / domni Henrici imperatoris <sup>(a)</sup>, qui eciam et pistolam habebat  
 continente in ea: Heinricus Dei gracia Romanorum imperator  
 augustus. / Cognoscat <sup>(b)</sup> universus mundus quod pro dignam  
 fidelitatis recompensatione et nostrorum fidelium interventione  
 elegimus / Amizonem Herlembaldi filium militem sancti Am- 10  
 broxii et Herlembaldum eius filium ut sint imperiales missi,  
 quibus concessimus ut in tribus comitatibus Mediolanensi, Pa-  
 piensi, Sevriensi habeant <sup>(c)</sup> licentiam diffinire homines lites et  
 intentiones per pugnam / et legale iudicium ante illos tamquam 15  
 ante presentiam nostram vel nostri palatini comitis, et ut  
 cunctis certius fad concessimus illis / habere licentiam in istis  
 tribus comitatibus, ut possint dare advocatores clericis et tutores  
 viduis et orfanis, sicut nos ipsi. Quod, ut / verius credatur,  
 et in secula seculorum diligentius observetur, nostri sigilli in- 20  
 pressionem hanc cartam infelhus <sup>(d)</sup> insigniri iussimus, subgerentes  
 / et reclamantes eo quod iam dicto quondam Rickerius genitor  
 eorum relinquissent eorum debitum usque ad argentum denarios  
 solidos viginti et quinque / et non haberent de mobilibus rebus  
 iuris suorum unde ipsum debitum sanare poterent, set haberent 25  
 pecia una de terra quod prato / et gerbo seu goretto insimul  
 tenente iuris suorum reiacente non multum longe da sancto  
 Siro, qui dicitur a Vepera, locus ubi nominatur Bur/ganzo,  
 quod venundare volerent unde ipsum debitum sanare poterent.  
 Cum ipse Anastasius qui et Amizo missus talem aut unc postu- 30  
 lacionem / ipsorum infanti et germanis recordatus, dixit ut  
 ambularent ipsi infanti et germanis una cum eodem Lan-  
 francus barbane et tutore suorum seu cum trex Deum timentes  
 homines estimatores, id sunt Vuifredus et Adelgisius seu Odel-  
 ricus, et dilienter inquirerent si de mobilibus rebus ipsorum 35  
 infantulli tantum / invenire possint unde ipsum debitum sanare  
 poterent, deinde ambulaverunt et dilienter inquisierunt, de  
 mobilibus rebus ipsorum infantulli non invenerunt unde /  
 ipsum debitum sanare poterent nisi supradicta pecia de terra  
 que superius legitur et eas mensuraverunt et invenerunt esse 40

<sup>(a)</sup> imprii con segno abbreviatio A. <sup>(b)</sup> Cognoscat. at. A. <sup>(c)</sup> habent A.

<sup>(d)</sup> Per inferius.

per mensura perticas legitimas iugialis septem e dimidia,  
 / quod est ei da mane Petri, da meridie ipso fluvio Vepera, da  
 mons nostro quod nobis reservamus, et estimaverunt eam va-  
 lerent predictum argentum denarios solidos viginti et quinque,  
 45 et eidem Ane/stasii qui et Amizo missus renupciaverunt; tunc  
 Anastasius qui et Amizo missus pro amore Dei et anime eidem  
 domni imperatoris eorum infantuli et germanis licentiam dedit  
 et auctoritatem publi/cam tribuit predicta pecia de terra, sicut  
 superius legitur, ad venundandum et precium inde accipiendum  
 50 ad suprascripto debito sanandum. Propterea constat nos qui  
 supra Petribertus seu Lanzus infantuli / germanis seu Erenza <sup>(a)</sup>,  
 mater et filii, qui profitebant se ex nacione eorum lege vivere  
 Langobardorum <sup>(b)</sup>, ipsis germanis filii et mundoalibus meis que  
 supra Erenzani <sup>(c)</sup> per licentiam et auctoritate ipsius Anastasii  
 55 qui et Amizo / missus mihi consentiente et hic subter confirmante,  
 accepisemus, sicuti et in presencia eidem Anastasii qui et Amizo  
 missus quamquam et in presencia testium manifesti summus  
 nos mater et filii qui accepimus, insimul / ad te Magnus qui  
 et Amizo filius quondam Petri <sup>(d)</sup> de suprascripta civitate pre-  
 60 dictum argentum denarios solidos viginti et quinque, finitum  
 precium pro suprascriptis rebus sicut superius coerencias et  
 mensura decernitur. Que autem rebus ipsis superius / dictis,  
 cum superioribus et inferioribus, seu cum finibus et acces-  
 sionibus suorum, sicut superius legitur, in integrum ab ac-  
 65 die tibi cui supra Magni qui et Amizo emtori nostro pro  
 suprascripto arigento vendimus, tradimus et mancipamus, et  
 facias exinde / a presenti die tu et cui tu dederis vestrisque  
 heredibus iure proprietario nomine quicquit volueritis sine  
 homni nostra eorum supra mater et filii et heredum nostrorum  
 70 contradictione. Quidem et spondimus adque promittimus nos  
 quibus supra / mater et filii una cum nostris heredibus tibi qui  
 supra Magni emtori nostro et cui tu dederis vestrisque heredibus  
 suprascriptis rebus, qualiter superius legitur, ab omni homine  
 defensare; quit si defendere non potuerimus, aut si contra ac-  
 75 cartula / per quodvisi genium agere aut causare presumerimus,

<sup>(a)</sup> Scritto dopo su spazio lasciato in bianco. <sup>(b)</sup> lege - Langobardorum nell'intervene.

in dublum vobis suprascriptis rebus qualiter superius legitur restituumus, sicut pro tempore melioratis fuerint aut valuerint sub extimatione in eodem / loco. Quia sic inter nobis convenit. Actum suprascripta civitate Mediolanum. Signum † † manibus suprascriptorum Petriberti et Lanzoni infantuli et germanis seu Erenzani genetris / eorum, qui ac cartula venditionis ut supra fieri roga/verunt, et eorum relecta est, et ipsis / infantuli et germanis per licencia eidem Anestasio / missus eidem Erinzani genetris suorum consenserunt ut supra <sup>(6)</sup>. 80

✠ Anestasio qui et Amizo missus fui et subscripsi. 85  
 Signum † manus suprascripti Lanfranci barbane et tutore predictorum infantulli germanis, qui eorum tutor estitit ut supra.  
 Signum † † manibus suprascriptorum Vuifredi et Adelgisi seu Odelrici, qui estimaverunt ut supra.  
 (S) Ego Vitus iudex sacri palatii interfui et rogatus subscripsi. 90

(S) Ubertus interfui et rogatus subscripsi.

Signum † manus Leoni vassallo eidem Magni qui et Amizo de Mediolano, qui ibi interfui teste.

(SN) Arioaldus notarius sacri palatii scripsi et interfui, 95 seu postradita complevi et dedi.

73.

1015 maggio, Milano.

Erinza vedova di Richerio e figlia del fu Petriberto, che fu giudice della città di Milano, di legge Longobarda, col consenso dei suoi figli minori Petriberto e Lanzo e di Lanfranco loro zio e tutore, nonchè con la licenza di Anestasio detto anche Amizo figlio del fu Erlembaldo della detta città e messo dell'imperatore Enrico, vende a Magno detto anche Amizo figlio del fu Pietro pure di Milano un appezzamento di terreno situato nelle vicinanze di San Siro alla Vepra.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 422, proveniente dal monastero di s. Ambrogio di Milano, T. 3, c. 1, n. 20 (A).

(6) Signum - supra aggiunto dopo dalla stessa mano, parte in uno spazio che era rimasto vuoto e parte su rasura.

Copia del 1727, ivi, *Exemplaria*, I, p. 337. Copia del principio del sec. XIX in *Bibl. Braidense, Mss. Bonomi*, A. E. XV, 18, p. 380, n. 105, omessa quella parte del testo che è uguale nell'atto pari data di cui al precedente n. 72.

Il testo del diploma trovasi inserito anche nell'atto precedente n. 72, al quale si rimanda per le relative notizie bibliografiche.

(SN) In Christi nomine. Henricus Dei gracia imperator augustus, anno imperii eius secundo, mense magio, indictione terciadecima. Constat me / Erinza relicta quondam Richerii seu filia quondam Petriberti, qui fuit iudex de civitate Mediolanum, que professa sum lege vivere Langobardorum, / lariente et consenciente mihi Petribertus et Lanzo infantuli et germanis filii et mundoaldibus meis, una cum Lanfrancus barbane et tutore suorum, / pro eo quod infra etate esse vindentur, per licenciam et auctoritatem Anestasio qui et Amizo filius quondam Herlembaldi de predicta civitate seu missus eidem domini imperatoris <sup>(a)</sup>, / cum eciam et pistolam habebat continente in ea ita: 'Henricus Dei gracia Romanorum imperator augustus. Cognoscat universus mundus quod pro dignam fide/litatis recompensatione <sup>(b)</sup> et nostrorum fidelium interventione elegimus <sup>(c)</sup> Amizonem Herlembaldi filium militem sancti Ambrosii et Herlembaldum eius filium / ut sint imperiales missi, quibus concessimus ut in tribus comitatibus Mediolanensi, Papiensi, Sevriensi habeant licenciam diffinire homines lites et intencio/nes per pugnam et legale iudicium ante illos tamquam ante presencia nostra vel nostri palatini comitis, et ut cuntis cercius fad concessimus illis / habere licenciam in istis tribus comitatibus, ut possint dare advocatores clericis et tutores viduis et orfanis sicut nos ipsi. Quod, ut verius credatur, / et in secula seculorum dilientius observetur, nostri silli impressione hanc cartam inferius in signirri iussimus', accepissem, sicuti et in presencia / testium quamqua et in presencia ipsius Amizoni missus manifesta sum qui accepi, ad te Magnus qui et Amizo filius quondam Petri de suprascripta civitate arigentum denarios / bonos so-

(a) imprii con segno abbreviatio A. (b) recompensatione A.

(c) La prima e espressa col nesso corsivo dell'et.

lidos viginti et quinque, finitum precium sicut inter nobis con-  
 venit pro pecia una de terra quod est prato et gerbo seu goretto 30  
 insimul tenente / iuris mei, que reiacet non multum longe da  
 Sancto Siro qui dicitur a Vepera, locus ubi nominatur Bur-  
 ganzo; coerit ei da mane Petri, da meridie ipso / fluvio  
 Vepera, da mons meo que supra venditris quod mihi reservo; et  
 est ipsa pecia de terra per mensura iusta, illud <sup>(4)</sup> tantum quan- 35  
 tum quod tibi ibi / per hac cartula et pro suprascripto precio  
 venumdare videor, perticas legitimas iugiallis septem et di-  
 midia. Que autem pecia de terra ipsa superius dicta, cum su-  
 periore et / inferiore, seu cum fine et accessione sua, sicut supe-  
 rius legitur, in integrum ab ac die tibi qui supra Magni emtori 40  
 meo pro suprascripto arigento vendo, trado et mancipo, et facias  
 / exinde a presenti die tu et cui tu dederis vestrisque hereditibus  
 iure proprietario nomine quicquid volueritis sine homni mea  
 que supra venditris et heredum meorum / contradictione. Qui-  
 dem et spondeo adque promitto me ego que supra venditris 45  
 una cum meos heredes tibi cui supra Magni emtori meo et cui  
 tu dederis vestrisque hereditibus / suprascripta pecia de terra  
 qualiter superius coerencias et mensura legitur in integrum ab  
 omni homine defensare; quit si defendere non potuerimus,  
 aut si contra ac / cartula vendicionis per quodvisi genium agere 50  
 aut causare presumerimus, in dublum vobis predicta pecia  
 de terra restituamus, sicut pro tempore melio/rata fuerit aut  
 valuerit sub estimacione in eodem loco. Quia sic inter nobis  
 convenit. Actum suprascripta civitate Mediolanum.

Signum † manus suprascripte Erinzani, qui ac cartula 55  
 vendicionis ut supra fieri rogavi, et ei relecta est.

Signum † † manibus suprascriptorum Petriberti et Lan-  
 zoni germanis filii et mundoaldibus eidem Erinzani, qui ei in  
 omnia consenserunt ut supra et in hac cartula ad / confirman-  
 dum manum posuerunt.

Signum † manus suprascripti Lanfranci, qui eorum tutor  
 estitit ut supra.

(✠) Anestastius qui et Amizo missus fui et subscripsi.

<sup>(4)</sup> *Su rasura.*

(S) Ego Vitus iudex sacri palatii rogatus subscripsi. (S) Ubertus  
 rogatus subscripsi.

Signum † manus Leoni de iam dicta civitate, teste.  
 (S N) Arioaldus notarius sacri palatii scripsi, postradita  
 complevi et dedi.

74.

1015 giugno, Varese.

Ambrogio, diacono dell'ordine della chiesa pievana di  
 s. Vittore di Varese e figlio di Leone del luogo di Bosto, di legge  
 Longobarda, col consenso del padre, vende ad Anselmo, prete  
 del predetto ordine e figlio del fu Eremperto del luogo di Velate,  
 una casa, due vigne e un appezzamento di terra a castagneto  
 e in piccola parte a cerreto e pomario situati nel luogo e fondo  
 di Masnago.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*,  
 n. 423. proveniente dal monastero di s. Maria del Monte sopra Varese (A).  
 Reg.: C. MANARESI, *Registro di s. Maria del Monte di Velate*,  
 p. 14, n. 18.

(S N) In Christi nomine. Enricus gracia Dei imperator  
 agustus, anno imperii eius secundo, mense iunius <sup>(a)</sup>, indicione  
 terciadecima. Constat me Ambro/xio, diacono de ordine ecclesie  
 plebis sancti Victoris sita in loco Vuarese et filius Leoni de  
 5 loco Busticola <sup>(a)</sup>, qui professo sum ex nacione mea / lege vivere  
 Langobardorum, ipse genitor meo mihi consenciente et subter  
 confirmante, accepissem, sicuti et in presencia / testium ma-  
 nifesto sum qui accepi, at te Anselmo presbiter de predicto  
 ordine ecclesie plebis ipsius sancti Victoris et filius quondam  
 10 Eremperti / de loco Velate, ex permisso tuo Radaldo presbi-  
 tero, arigentum denarios bonos liberas undecim, finitum precium,  
 sicut inter nobis convenit, pro aliquantis / rebus territorii  
 illis iuris-mej, quod abere viso sum in loco et fundo Masenago;

<sup>(a)</sup> iunius A.

<sup>(1)</sup> Bosto presso Varese (cfr. uguale a «Buste prope Varexe»  
 docc. nn. 89 e 114). «Busticola» è del doc. n. 89.



vineis, pratis, campis, pascuis, silvis magoribus <sup>(4)</sup> et minoribus, 30  
 cum areis suarum, montibus et planicibus, mulendini et piscationibus, toloneis et districtis et ripatici, una cum servis et ancillas, aldionis et aldianas ad ipsa tres portiones de scripta dicta corte pertinentibus in integrum, et sunt ipse tres portione de prenominata corte iuris nostris, tam de area 35  
 casaro et ture seu capella, quamque foris eodem casaro, de sediminibus et vineis cum areis suarum, campis, pratis, pascuis, silvis magoribus <sup>(4)</sup> ac minoribus supertis <sup>(4)</sup> iugias quinque milia <sup>(4)</sup>. Unde relique, namque quartam portionem de eadem corte et casaro et ture seu capella, que rebus omnibus ad eas 40  
 pertinentibus nos ipsis iugales in nostra reservavimus potestatem proprietario iuri. Et si amplius de nostri iuri rebus in eodem loco et fundo Cero vel per aliis singulis locis et vocabolis ad ipsa cortem pertinentibus vel expitientibus, preter que superius in nostra potestatem reservavimus, inventum fuerit 45  
 quam ut superius ut dictum est, ipsas tres portiones de iam dicta corte et castro seu ture adque capella cum sediminibus et vineis cum areis suarum, campis, pratis, pascuis, silvis ac stallareis, rivis, rupinis ac paluctibus, muntibus, alpibus et planitiebos <sup>(4)</sup>, mulendinis et piscationibus, mercatis <sup>(4)</sup>, tulu- 50  
 neis, districtis et omnibus functionibus, cultis et incoltis, divisix et indivisix, una cum finibus, terminibus, accessionibus et uxibus aquarum aquarumque ductibus, cum omnibus iure ac iacentiis et pertinentiis earum rerum per locas et vocabolas ad ipsas tres portiones de eadem corte et casaro seu capella 55  
 et omnibus rebus pertinentibus vel expitientibus, una cum predictos servos et ancillas, aldionis et aldianas ibidem habitantibus vel inde pertinentibus <sup>(4)</sup> in integrum. Quod autem istas tres portiones de iam dicta corte et casaro seu ture et capella, casis, et omnibus rebus ad eas pertinentibus iuris 60  
 nostris superius dictis, una cum accessionis et ingressoras earum, seu cum superioribus et inferioribus earum rerum, qualiter superius legitur et sunt comprehensis, in integrum una cum predictis servis et ancillas, aldionis et aldianas ad eadem tres

<sup>(4)</sup> *Costi B* probabilmente per et dimidia. <sup>(5)</sup> mercartis B.  
<sup>(6)</sup> vel - pertinentibus nell'intervinea.

65 portiones de iam dicta corte pertinentibus, in integrum hab ac die in eodem monesterio donamus et offerimus. Insuper per cultellum fistuci nodatum, vuantone et vvasone terre adque ranum arboris et nos exinde foris etspolivimus, vuarpivimus, et aparsito fecimus, et a parte ipsius monasterio proprietario e <sup>(6)</sup> abendum relinquimus. Et faciad exinde pars ipsius monasterii aut cui pars ipsius monasterio dederint iure proprietario nomine quicquid voluerint sine omni nostra et heredium ac proherediumque nostrorum contradictione vel defensione et alisque <sup>(6)</sup> restauratio, etscepto si nostro eorum supra iugalibus datum 75 aut factum aparuerit quod nos inde in alia parte fecissemus et clarumfactum fuerit, da illam partem. unde oc apparuerit, qui <sup>(6)</sup> supra iugalibus una cum nostris heredibus pars ipsis monesterio aut cui pars ipsius monasterio dederint suprascriptas tres portiones de eadem corte <sup>(4)</sup> una <sup>(6)</sup> predictis servis et ancillas, 80 aldionis et aldianas defendere et restaurare promittimus; quit si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquid per quodvis ingenium suptragere quesierimus, tunc in dublum eadem offerio in suprascripto monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut valuerint sub exstimatione et 85 eisdem tres portiones de eadem corte et omnibus rebus in consimilibus locis. Nam si de nostro eorum supra iugalibus datum aut factum vel quodlibet scriptum non apparuerit, nihil in eodem monesterio defendere et restaurare promittimus, etsxeto ut supra. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si a 90 nos ipsiis <sup>(4)</sup> iugalibus, quod apsimus, aut ulius <sup>(4)</sup> de heredibus ac proheredibus nostris, seu quislibet apoxita persona, contra ac cartula oferionis ire quandoque temptaverimus, aut eam per quodvis ingenium infrangere quexierimus, tunc inferamus ad illam partem, contra que exinde litem intullerimus, multa, 95 quod est pena, auro optimo untias decem et argenti ponderas viginti; et quod repetierimus et vindicare non valeamus, set presens ac cartula offerionis diopturnis temporibus firmam et stabilem permaneat aque <sup>(6)</sup> persistat et convulsa cum stipulatione subnixa. Et bergamina cum atramentario de tera

<sup>(4)</sup> *Costi B* per nomine o per iure.

<sup>(5)</sup> *Manca la parola cum.*

<sup>(6)</sup> *Costi B* per absque.

levaverunt, paginam Gisiberti notarius sacri palatii tradiderunt, in qua sup̄ter confirmans testibusque optulit robotanda. Actum loco qui dicitur Marcii<sup>(1)</sup>, iusta ripa laco, feliciter. Signa †† manibus sup̄scriptorum Rihardi et Anselde iugalibus, qui ac cartula ofersionis fieri rogaverunt, et ipse Rihardus eidem conius sua consensit ut supra, et eorum relecta est. Signa † 100 manuum sup̄scripto Rodulfi comes, qui eadem Anselde interrogavit ut supra. Signa † † manibus Agimoni et Operti seu Landolfi, isti legibus vivens Saliba, testis. Signa † † manibus Agistolfi et Vilielmi isti, testes. (S) Alprandus iudex sacri palatii rogatus<sup>(2)</sup> subscripsi. (S) Arioaldus iudex domni imperatoris rogatus subscripsi. (S) Gotefredus iudex rogatus subscripsi. (S) Adam iudex sacri palatii rogatus subscripsi. (S N) Ego qui supra Gisibertus notarius sacri palatii, scriptor huius cartule ofersionis, postradita complevi et dedi.

130.

1023 dicembre, Casbeno.

Adamo detto anche Amizo, prete, del fu Ambrogio, del luogo di Biurno, e Liuprandus, diacono, del fu Plasmondo, del luogo di Casbeno, promettono a Sicardo fratello del detto Liuprandus di non vendere due sedimi, quattro campi e un terreno con pomi, che essi hanno comperato dal detto Sicardo e da Teuza sua moglie, senza darne loro notizia almeno quaranta giorni prima, permettendone loro l'acquisto al prezzo da stabilirsi da due stimatori.

Originale in Archivio di Stato in Milano, *Museo diplomatico*, n. 474, proveniente dal monastero di s. Salvatore di Pavia (A).

(S N) In Christi nomine. Einricus gracia Dei inperator agustus, anno inperi eius Deo propicio decimo, mense december, indicione seti/ma. Promittimus atque spondimus nos Adam qui

<sup>(1)</sup> In B una r sbiadita, sequita da un segno di cum o con addossato a subscripsi.

<sup>(2)</sup> Marzio.

et Amizo presbiter filius quondam Ambrosioni de loco Bemii<sup>(1)</sup> 5 et Liuprandus diaconus filius quondam / Plaxmundi de loco Castobleno<sup>(2)</sup> tibi Sihardi germano meo qui supra Liuprandi de sup̄scripto loco Castobleno, ut a modo in antea / nullumquam in tempore non habeamus licenciam nec potestatem per nos nec per nostros heredes vendere sedimen pecias duas cum edificias 10 / super se abente, dicitur Raule, et campis arabilis pecias quatuor ibi prope, et de terra cum aliquantibus pume super se abente ibi non lo/hge; ipsis rebus nos quibus supra Sihardus et Teuta conius mea in te qui supra Adam presbitero emiserunt per cartulam vindicionis; nos / quibus supra Adam presbitero aut 15 Liuprandus diaconus aut nostros heredes non habeamus licenciam nec potestatem vendere, si qua/draginta diebus et quadraginta noctibus antea asavere faciad tibi qui supra Sihardi aut ad tuos heredes si tale pre/cium dare voluerint, quod duos homines Deum timentes exstimatores da utraque parte<sup>(3)</sup> exti- 20 maverunt ipsi rebus, / et si ista causa adimpleverit, postea habeant licenciam vendere et donare, et si se subtraxerit quod non adim/pleverit, ipse Adam presbitero, aut Liuprandus diaconus, aut nostros heredes, tunc obligaverunt componere argentum<sup>(4)</sup> / denarios bonos liberas quinque, et ipsi rebus deveniant in iura et potestate sup̄scripto Sihardi aut ad suis heredes<sup>(5)</sup> sine calomia; et post pena composita, / tacitus et contentus homi tempore esse et permanere debeamus sub sup̄scripta pena oblicata; qui et in tali tinore / homia sicut superius legitur aceperunt ipsis Adam presbitero et Liuprandus diaconus ad vos iam dicto Sihardo / exinde launechild manicias 30 duas. Et propter onore sacerdocii<sup>(6)</sup> et diaconatis nostris et nec nos liccad ullo / tempore nole quod semel voluissimus, sed quod an nos ic semel factum vel conscriptum est sub niusiu- randum invi/olabiliter conservare promittimus, cum stipulacione subnisa. Actum sup̄scripto loco Castobleno, feliciter. Signum † † manibus Amizoni et Castobleni, isti leibus vivens Romana, testes.

<sup>(1)</sup> prate A. <sup>(2)</sup> r nell'interlinea. <sup>(3)</sup> aut - heredes nell'interlinea.

<sup>(4)</sup> sareldocii A.

<sup>(5)</sup> Biurno.

<sup>(6)</sup> Casbeno.